

saporibus condita ut inutilia rejiciunt: deos, & eum qui omnia continet, Sol, & reliqua coelestia colunt. Pisces, aues, & varii generis capiunt. Nascentur etiam sua sponte arbores fructiferæ, oleæ, & uites, ex quibus olei uini copiam edificant. Serpentes magnos, sed innocuos insula producit: quarum carnes miræ dulcedinis edunt. Vestes parant ex lanugine molli ac splendida, ex medio arundinum sumpta: qua maritimis tincta ostreis uestimenta purpurea conficiuntur. Varia existunt animantia: & quia præter opinionem, haud facile credita. Certum uiuunt ordinem seruant, unico cibo dietim contenti. Nam certo die pisces, alio aues, quandoque terrestria animalia edunt: oleo aliquando simpliciæ mensa utuntur. Diversis sunt exercitijs dediti. Quidam in uicem ministrant: alijs pescantur, alijs exercent artes, nonnulli circa alias res usui commodas occupantur. Quidam, exceptis senibus, partitis inuicem operis, seruitio uacant. In sacrificiis, ac diebus festis hymnos in deorum, & maximè Solis laudes canunt: cui se & insulas dicarunt. Mortuos in littore sepelunt, cadaver, cum mare fluit, arena obruentes, ut aquæ fluxu inundatione ne exagere retur locus. Calamos aiunt, ex quibus fructum decerpunt, augeri inueniunt ut ad lunæ modum. Fontium aqua dulcis ac sana caliditate seruat, nisi frigida aqua aut uinum immisceatur. Lambolus, & qui cum eo accesserant, cum septem annis in insula mansissent, tandem electos fuisse aiunt inuitos, tanquam malos, malisque assuetos moribus. Igitur preparata scapha, cibisque impositis abscedere coacti, melibus quatuor ad regem Indiae per arenosa ac uadosa loca mari apulere. Et alter quidem tempestate periret: lambolus in uillam quâdam diversens, ab incolis ad regem in urbem Alibrotam plurimum à mari distantem, deductus est. Cum Græcos diligenter rex, plurimiq; eorum doctrinam ficeret, multis illum donauit. Deinde securè in Perside primò, tum sospitè in Græciam misit. Haec postmodum lambolus literis mandauit: multaque de India conscripsit, antea cæteris ignota.

D I O D O R I S I C V L I

LIBER QUARTVS.

DE AETHIOPIBVS QVI SVNT ultra Libyam, deq; his quæ apud eos antiquitus feruntur. Cap. I.



Osteaquam superius de Aegypti Asieq; secundū quamq; prouinciam memoratu dignis rebus scriptissimus, hic liber Aethiopes, Libyos, Atlantides complectetur. Ferunt Aethiopes primos hominum omnium creatos esse: cuius rei coniecturam ferunt, quod nō aliunde homines in eam accesserint, sed in ipsa geniti, meritò indigentes omnium cœsura appellantur. Et quidem simile ueritatis est, eos qui sub meridi habitant, primos à terra fuisse homines genitos. Nam solis calore terram quæ humida erat arefaciente, atq; omnibus uitam dante, decens fuit locum soli propinquiorum primò naturam animantium tulisse. Asserunt autem, deorum apud eos cultum primitus adiuuentum. Sacra insuper, pompas, celebritates, aliaq; quibus dij; honores impenduntur, ab eis fuisse reperta. Qua ex re ipsorum in deos pietate religione que inter omnes vulgata, uidetur Aethiopum sacra dij; admodum grata esse. Huius rei testimonium afferunt antiquissimum ferè ac celeberrimum apud Græcos poëtarum, qui in sua Iliade Iouem reliquosq; una deos introducunt in Aethiopiam tum ad sacra quæ eis de more fiebant, tum ad odorum suavitatem commigrantes. Dicitur etiam Aethiopas sua